

*noster, mediæ cuiusdam naturæ sit, qua secundum Proclum,
ἀμφοτέρων dicatur & ἀμφοτέρων.*

[Quod non tamen accipiendum quorundam sensu, qui mediam volunt, quasi ex mortali & immortali; materiali & immateriali: sive illud accipias per remotionem extremorum; vel eorundem compositionem (quomodo colorem fulvum dicas, medium) sed (dicente Polo lib.6. de anim. rat.) per comparisonem extremorum. Nimirum cum formis materialibus eandem muneri faciem habet, dum corpus informat; & hac informatione, homini dat esse, & toti se corporis moli (indivisibiliter tamen) coextendit; vere illud informans, &c. Cum intelligentijs autem quod corporeus non sit, à materia, origine, essentia, operatione ac opere ipso nequaquam dependens; adeoq; ἀμύνης & ἀπαθής. In quam sententiam pulchre Scal. Ex. 254. Intellectuum esse, qui intercessione sua summis (Deo & angelis) ima coaptaret. Nimirum materia prima, sola potentia est (qua moderatione id accipiendum, aliàs diximus) Deus vero, actus purus. Prope Deum, substantiæ immateriales: Prope materiam, forma corporeitatis. Inter has animæ brutæ duæ. Quas supra Intellectus; potior quidem illis, sed minor Intelligentijs. Etenim in materia existens immaterialis, sed & à materia separabilis. Separatus per essentiam; non separatus per informationem. vide Conimb. proëm. lib. de an.]

*θ. 12. Neq; obscurum, quomodo animæ consideratio ad
Physicum pertineat; quomodo ad Pneumatologum.*

[Utamur enim voce hac Keck. p. 468. apta satis; ad abstractorum illam, quæ præter Metaphysicam sit, scientiam. Cui aliquo modo debeat & anima; per ea v3. quæ Arist. disputat. lib. I. de part. c. I. ut nec tamen physico omnis Intellectus consideratio eripienda.]

θ. 13. Ad physicum inquam, ut Intelligens est, & Intellectionis humanæ causa.

θ. 14. Inter animam Intelligentem, & Intellectionem ipsam intercedit potentia Intelligendi; ab ipsa anima distincta, ut accidens à subjecto.

15. Sub-